UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Archontio Presbytero. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Verbi gratia: Cùm imaginis ſomnium à regis Babylonij animo auolauit, atque ipſe nō modò eius rei, cuius ſpecies ipſi obiecta fuerat, interpretationem, ſed hoc ipſum quoque quod viderat, ſcire cuperet, tum Daniel non priùs ea, quæ quærebantur expoſuit, quàm ea, quæ perſpicua & manifeſta erant, enarraſſet, atque ita de rebus dubiis fidem ſibi cōciliaſſet, omnémque à ſe ſuſpicionem propuliſſet: Siquidē de certis atque confeſſis rebus doctrina, fictæ & commentitiæ interpretationis accuſationem de medio tollebat.

λέγω, ὁπηνίκα ἀπὸ τοῦ Βαβυλωνίου τὸ ὄναρ τῆς εἰκόνος ἀπέπτη, καὶ ἐζήτει μαθεῖν οὐ μόνον τὴν ἑρμηνείαν τοῦ δειχθέντος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ὄψιν καὶ πάντες ἠπόρησαν. τότε ὁ Δανιὴλ οὐ πρῶτον τὰ ζητούμενα ἔφη, πρὶν περὶ τῶν δήλων ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν. τὰ γὰρ κατὰ διάνοιαν αὐτῷ βουληθέντα ὑφηγησάμενος, ἀξιόπιστον ἑαυτὸν καὶ ἀνύποπτον περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων καθίστη. ἡ γὰρ περὶ τῶν ὁμολογουμένων διδασκαλία, τὴν τοῦ πλάττεσθαι τὰ λεγόμενα κατηγορίαν ἀνῄρει.

Hermogeni Epiſcopo. 29.

Ἑρμογένει ἐπισκόπῳ. κθ.

Cùm morū vniuſcuiuſque ac vitæ perſpicuum argumentum ſit eorum, qui cum ipſo degunt, vitæ ratio, ne mireris, ſi Euſebius Martinianum, Zoſimum, Maronem, alióſque eiuſdem farinæ honore afficit. Quemadmodum enim ſi virtutis amore teneretur, probis viris haudquaquam abire anteferret: ſic quia collactanea & chara ipſi eſt improbitas, iiſdem quoque hominibus vtitur.

Εἰ δεῖγμα σαφὲς τῶν ἑκάστου τρόπων ἡ τῶν συνόντων ἐστὶ πολιτεία, μὴ θαύμαζε, εἰ Εὐσέβιος τοὺς περὶ Μαρτινιανὸν καὶ Ζώσιμον καὶ Μάρωνα, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοτρόπους αὐτοῖς, διὰ τιμῆς ἔχει. ὥσπερ γὰρ εἰ ἀρετῆς ἦν ἐραστὴς, οὐκ ἂν τῶν φιλαρέτων ἑτέρους προετίμησεν· οὕτως ἐπειδὴ σύντροφον καὶ φίλην τὴν κακίαν ἔχει, τοῖς ὁμοτρόποις χρῆται.

Archontio Preſbytero. 30.

Ἀρχοντίῳ πρεσβυτέρῳ. λ.

Quia non ob aduerſariorum imbecillitatem victoriam aſſequitur, ſed ob viriū ſuarum magnitudinem fortes viros ſuperat, clarus atque illuſtris eſt, dignúſque qui publico præconio celebretur. Quare ob vnum aut alterum ſuperatū ne glorieris. Nam tum denique victor verè prædicaberis, ſi ſumma virtute præditos ſuperes.

Ὁ μὴ διὰ τὴν τῶν ἀντιπάλων ἀσθένειαν περιγινόμενος, ἀλλὰ διὰ τὸ μέγεθος τῆς οἰκείας ῥώμης τῶν ἰσχυρῶν κρατῶν, ἀοίδιμός ἐστι, καὶ ἀναῤῥήσεως ἄξιος. μὴ τοίνυν ἐναβρύνου, εἰ ἑνὸς καὶ δευτέρου κεκράτηκας. εἰ γὰρ τῶν ἄκρων εἰς ἀρετὴν περιγένοιο, ὄντως στεφανοῦχος ἀνακηρυχθήσῃ.

Ophelio Grammatico. 31.

Ὀφελίῳ γραμματικῷ. λα.

Tritis ac peruulgatis omiſſis, apertè, quod ſentio, dicam: etiam quibuſdam videri poſſim nouam interpretationis viam inire. ὁ πρωτότοκος, id eſt primogenitus, ſi ſecunda ſyllaba acuatur, eū qui primus natus eſt, ſignificat. Si autem penultima, eum, qui primùm genuit. Atque id vobis præſertim, quod Homeri lectio delectat, compertum & exploratum eſt.

Τὰ κατημαξευμένα παρεὶς, σαφῶς εἴποιμι τὸ νενοημένον, εἰ καὶ δόξαιμί τισι καινοτέραν ἑρμηνείας ἀνατέμνειν ὁδόν. ὁ πρωτότοκος, εἰ μὲν ἡ δευτέρα ὀξύνοιτο συλλαβὴ, τὸν τεχθέντα πρῶτον. εἰ δ' ἡ παρεσχάτη, τὸν πρώτως τεκόντα μηνύει. καὶ τοῦτ' ἀκριβῶς ἴστε μάλιστα ὑμεῖς οἱ ὁμηρίζοντες. πρωτοτόκος γὰρ ἡ πρώτως τεκοῦσα